

Hodiern. controu. forens. lib. 1. c. 16. n. 21. Modern. Neapol. de renunc. d. c. 39. n. 39. n. 6. & 10. & in 1. dec. d. §. minusque. At ex presentia iudicis, & confanguineorum\*, qui interuenerunt, omnis metus excluditur, Rovit. conf. 13. n. 13. & 14. & in alia decis. §. Minusque in fine.

Tandem non urget, quod filii, intuitu indemitatis eis à Hieronymo patre promissæ sese obligaverint; quia contrarium evincitur ex ejusdem obligationis instrumento, in quo legitur Thomam, & Angelum sese obligasse pro liberando patre ab imminente carceratione; & seu ex causa necessaria; unde obligationis validitas proficitur ex concessis in alia decisione §. neque verò, coram me.

At ita utraque parte autita resolutum fuit.

DECISIO XCIV.

R. P. D. MELTIO.

Vercellen. seu Savinen. honorum.

Lunæ 1. Junii 1654.

SUMMARIUM.

- 1 Deliberatio possessionem supponit passi deliberationem.
- 2 Confessio est probatio omnium major.
- 3 Manusentio datur ei, qui se pro spoliato non habuit.
- 4 Executivè contra tertium procedi non potest.
- 5 Litigiosi vitium quando non inducatur.
- 6 Cessionarius crediti jam extincti injustè agit.
- 7 Solutio facta post cessionem non intimatam erga cedentem sustinetur.

Ecclesiæ Sanctæ Elenæ loci Ville-Franchæ Asten. Diocesis, dandam esse mantentionem super controversis bonis hodie, Domini responderunt; quandoquidem de ejus possessione constat, non solum ex mandato, executione, & deliberatione honorum, de quibus agitur obtenta per Dominum Chiasledum Ludovium, contra dictam Ecclesiam; deliberatio enim in necessarium antecedens præsupponit possessionem Ecclesiæ deliberationem passæ, non secus, ac privatio habitum per ea, quæ ad propositum dixit Rota coram Buratt. dec. 160. n. 5. & dec. 491. n. 2. ubi Adden. lit. B. coram Durano, dec. 37. n. 1. coram Greg. XV. decis. 362. in princip. & in recent. decis. 229. n. 1. p. 7.

Sed &, ex judiciali confessione dum in dicta deliberatione vocavit Ecclesiam posseditricem; nulla autem major probatio propria oris confessione, l. fin. C. de non numerata pecunia l. cum se C. de transactionibus l. debitore ff. de judic. cap. per tuas de probat. & in his terminis dixit Rota in Cracovien. decimarum 1 Junii 1648. in princ. & in Brundesina honorum 23 Jan. 1649. pariter in princ. coram me, & in Toletana Archidiaconatus 4 Aprilis 1650. coram R. P. D. meo Albergato.

Non obstat posterior possessio capta per Dominum Chiasledum, prævio mandato ac sententia iudicis; nam cum ipse nulliter, & injustè procefferit non privavit Ecclesia sua antecedenti possessione, quæ propterea manuteneat. † venit, cum se pro spoliato non habuerit, Seraphinus dec. 1401. n. 3. Greg. XV. decis. 458. n. 1. in recent. decis. 630. n. 1. in fine, part. 2. & in Beneventana mantentionis 9 Junii coram R. P. D. Peutingero, §. nec ob-

stat, & in Pifsauren. Parochialis 11 Februarii 1650. coram R. P. D. Verospio, §. nec potest Carolo.

Nullitas autem inde oritur, quia eventum fuit ad executionem non obtento prius ab hoc Sacro Tribunali, ut opus erat per Chiasledum, decreto de exequendo mandatum, quod Rota concesserat Comiti Manfredo, non autem Chiasledum.

Præterea fuit etiam executivè processum †, quod pariter fieri non potuit, cum Ecclesia sit tertia posseditrix titulo validæ donationis, Castrenf. in l. à D. Pio §. 5. super rebus num. 2. & ibi ad Bart. & Ang. nu. 1. Alex. nu. 28. vers. & pro hoc benefacit ff. de re judic. Ruin. conf. 8. Rota penes Gregor. XV. decis. 330. n. 2. cum aliis cumulatim in decis. in simili causa emanata in Asten. mandati 26 Aprilis 1652. coram me, §. eoque magis, cum duobus sequentibus, ubi etiam responsum fuit ad objectum, quod donatio emanaverit post cessionem, & litem introductam à D. Manfredo auctore Chiasledi. Quia scilicet dicta lis esset in actione personali, & proinde non posset inducere vitium litigiosi †, & quia sola pendencia litis non sit apta operari, ut contra tertium executivè procedi possit, nisi copulativè concurrat scientia litis in dicto tertio possessore, eo quod alienans non habeat alia bona præter alienata, & quia demum dicta lis extincta remansisset per subsequentem transactionem iuribus, in d. decis. alleg.

Apparet etiam de evidenti injustitia mandati per Chiasledum obtenti, quia ipse egit, tanquam Cessionarius † dicti Comitis Manfredi pro credito quod jam fuerat per solutionem extinctum in executione ad formam præcedentis Transactionis iniatæ, inter Episcopum debitorem, ac ipsum Comitem Manfredum sedentem, l. solvendo ff. de negot. gest. Rot. decis. 434. n. 1. in fine, p. 4. recent.

Non obstat quod Transactio, & solutiones prædictæ emanaverint post Cessionem; Nam cum dicta Cessio \* numquam fuerit Episcopo debitori intimata, non fuit ex ea impeditus transigere, exolvere suo principali, & solvendo plenam consecutus fuit liberationem, institut. quib. mod. tollit. oblig. in princip. l. ex persona ff. de fideiuss. l. exceptiones, la 39. & l. omnes ff. de except. Afflict. decis. 335. num. 21. in fin. & sequentibus, Rot. coram Buratt. decis. 534. num. 4. & 5. & fuit dictum in dicta Asten. mandati sub §. & 1.

Et ita informante Ecclesia S. Elenæ resolutum fuit.

DECISIO XCV.

R. P. D. BICHIO.

Camerinen. Bonorum.

Mercurii 3. Junii 1654.

SUMMARIUM.

- 1 Filii in conditione positi ex conjecturis, censentur vocati. Positi in conditione dum privantur censentur vocati, n. 5. Positi in conditione censentur vocati successivè, n. 9.
- 2 Verbum, hæredibus, in fideicommissis importat hæredes sanguinis.
- 3 Privatio præsupponit habitum.

4 Adimere quis non potest, nisi prius dederit.

6 Privationis pena ponitur etiam non vocatis. Contra num. 8.

7 Alienationis prohibitio facta filiis in conditione positis, inducit vocationem.

10 Vocati in una parte filii, in alia positi in conditione censentur vocati. Gravati non præsumuntur, num. 12. Ad portionem patris, magis ad portionem Patris, num. 16.

11 Substitutus si hæres decedat sine filiis, eo cum filiis mortuo excluditur, & num. 13.

14 Positi in conditione filii cum expressè vocatis, censentur vocati; & quando etiam ad portionem patris, num. 17.

15 Argumentum non valet, substituti sunt filii substitutorum. Ergo, & filii institutorum.

18 Reciproca substitutio inter primos hæredes institutos operatur, ut filii in conditione positi censentur vocati. Declara ut n. 19.

Manutentionis in quibusdam bonis provenientibus à Nicolao Avo, & immisionis in aliis bonis ejusdem Nicolai quorum hæctenus non fuit capta possessio, necnon in prædio nuncupato le Moline, quod Fulvius, ut Genesius alter ex filiis, ad sacros Ordines promoveri posset, ei donaverat; quæstione proposita sub die 23 Junii 1653. DD. mandarunt videri de bono jure ut moris est quando turbida est possessio, & maxime, ut laudabilis, licet rara inter fratres germanos concordia, refecatis citissime litib. convalescat.

Boni autem Juris examen hodiè expositum, duo respexit, nempe existentiam fideicom. Nicolai, ad quod filios filiorum fideicommittentis Theophilus alter ex illis vocatus asseruit; ex quo in conditione positi fuerunt, & quod ad prædium molendinorum durationem donationis Genesio ut supra, Fulvio factam, præcedente Carolo illam ad vitam donatarii fuisse restrictam, cùmque super utroque multa hinc inde deducta fuerint Rota respondendum censuit constare de fideicommissio Nicolai Avi, mandando quod de reliquis videatur.

Fideicommissum enim hoc est quod filii filiorum hæredum institutorum in conditione positi censentur vocati, † visum est resultare, ex pluribus conjecturis, quibus concurrentibus à contraria opinione, Gloss. in l. hujus la 2. ff. de hæred. instit. recedi solet. Ondd. conf. 75. n. 28. & conf. 67. n. 2. lib. 1. Surd. conf. 434. nu. 19. Peregr. conf. 91. nu. 30. lib. 1. Fufar. de substit. q. 437. n. 16. Rot. decis. 166. num. 3. part. 1. rec. & in Aesina Molendini 28 Junii 1652. coram R. P. D. meo Zarate.

Inter conjecturas verò, quæ fati validæ resultant, ex verbis secundi gradus substitutionis in casum delicti, ibi, & si contingeret quod aliquis ex dd. ejus filii, vel ipsorum hæredibus committeret aliquod delictum, tunc ipsorum portio, quæ fisco applicaretur, ad alios filios, & hæredes, sine aliqua diminutione deveniat, ut in sum. Theoph. n. 1. ponderando 1. quod testator privationis penam imposuit, nedum filiis hæredibus institutis; sed etiam eorum filiis, designatis, sub illo verbo \* hæredibus, hæredes sanguinis in fideicommissariis substitutionibus denotante l. ex facto §. fin. ff. ad Trebell. l. Gallus §. & si parente ff. de lib. & post. Bald. conf. 267. num. 2. lib. 5. Socin. jun. conf. 158. num. 10. lib. 2. Fufar. conf. 79. lib. 1. & seqq. ubi signanter n. 3. addit, opus non esse quod hæredes sanguinis sint hæredes bonorum, licet fecus sit in feudalibus, & emphyteuticis, Peregr. de fideic. art. 32. n. 36. & 37. Menoch. præsumpt. 130. n. 24. & seqq. lib. 4. Mart. conf.

61. n. 37. Card. Mant. de conjectur. lib. 8. tit. 14. sub n. 12. & 13. cùm enim privatio \* præsupponat habitum l. decem, ff. de verb. oblig. l. manumiss. ff. de just. & jur. & carentia sint habentium, Bald. in l. licet sub n. 2. C. locati, nec possit quis adimere \* nisi prius dederit, l. 3. §. si quis ita legaverit l. legatum, ff. de adim. leg. ex ipsa privatione positorum in conditione; educitur \* in necessarium antecedens quod fuerint dispositivè vocati. Cyriac. controu. 96. n. 49. & quinque seqq. Redensc. conf. 8. num. 9. Decian. conf. 41. sub nu. 35. vers. secunda conjectura & seq. lib. 1. Menoch. conf. 613. nu. 8. vers. 5. & ult. & n. 9. Cephal. conf. 77. n. 27. conf. 52. n. 24. Soc. jun. conf. 136. sub n. 24. vers. ex quibus oneribus lib. 3. Rot. decis. 229. n. 4. coram san. me. Greg. XV. & in Mediolanen. honor. 31 Maii 1649. §. quoniam fideicom. vers. quam etiam coram Em. D. Card. Corrad. Nec obstat quod testator † potuerit imponere penam filiorum hæredibus etiam si non fuerint vocati, Gabr. conf. 132. n. 77. lib. 1. & in proximis terminis quod ex prohibitione alienationis factæ filiis in conditione positis \* non sequatur eorum vocatio, Gabriel. conf. 117. nu. 46. vers. nam supra scripta lib. 1. Odd. conf. 66. n. 31. & 62. Soc. jun. conf. 116. n. 4. lib. 3. quia fortius operatur privatio \* quam sola prohibitio, Fufar. de substit. q. 679. n. 31. juncto n. 23. cujus nullam habendam esse rationem eo quod fieri non potuerit positus in conditione, tradit Gabr. d. conf. 117. n. 46. ibi, sed remanet inutilis lib. 1. Fufar. conf. 110. n. 8. conf. 114. n. 20. conf. 164. n. 81. aliique relati ab Oddo, d. conf. 66. n. 43. & extremò allegati non applicantur casui nostro.

Quò ulterius, & hæc est secunda conjectura, ad positos in conditione testator voluit devolvi portione parentum hæredum institutorum qui deliquissent, quia tunc magis elucescit, quod illos quoque, si deliquerint, privavit quia vocaverat, quandoquidem sicuti pariformiter, sub eodem verborum conceptu illis, & eorum parentibus portiones ademittit, ac respectivè addidit, ita eos voluerit pares esse in vocatione \* solo discrimine successivitatibus, quia nimirum positi in conditione vocati intelliguntur successivè, post parentes, ut regulare est in testamento ascendentis, Gloss. in l. Gallus §. quidam rectè in vers. non exprimat, ff. de lib. & post. & ibid. Bart. n. 4. Bald. n. 15. Soc. jun. conf. 171. n. 4. lib. 2. Mant. de conject. lib. 4. tit. 5. n. 1. Grat. discept. 614. n. 24. Rot. decis. 320. n. 3. part. 1. recent.

Non obstat quod à vocatione in casum delicti non bene inferatur ad casum obitus: nam quidquid sit de hoc circa personas non positas in conditione præcedentiæ substitutionum, secus est in casu nostro, & ratio est, quia ad eliciendum hanc tacitam revocationem, valdè attenditur an in conditione positi \* sint in alia parte expressè vocati, Aym. conf. 12. n. 10. Ruin. conf. 160. sub n. 24. lib. 2. Rot. decis. 322. n. 5. part. 1. divers. decis. 315. nu. 3. ubi quod hanc conjecturam semper magni fecit. Rot. dec. 329. n. 4. coram san. me. Greg. XV. ibique Add. sub n. 17. decis. 133. sub n. 2. decis. 146. n. 3. & 4. decis. 336. n. 4. part. 1. rec. dec. 83. num. 9. coram Merlin. & in Bononien. fideic. 26 Novemb. 1638. §. 1. eadem conjectura coram R. P. D. meo Decano, fortius quando fuerunt vocati, & privati si contraverint.

Atque hinc, neque obstat quod privatio, & portionis contravenientium applicatio restringenda sit ad terminos fideicommissi antecedentis, quia exindè quoties prohibitio est consecutiva, potest quidem inferri ad exclusionem substituti, sub



- 11 conditione, si sine filiis, si hæres cum filiis \* de-  
dat in quibus terminis loquitur Rota dec. 632. n. 9.  
& seqq. part. 4. tom. 3. rec. Sed non ad exclusionem  
positorum in conditione, qui etsi vocati censentur  
non extendunt fideicommissum favore substituti,
- 12 \* cum gravati non præsumantur, Odd. conf. 66,  
n. 32, & seqq. ubi respondet contrariis, & n. 63, Pe-  
regr. de fideic. art. 29, nu. 26, Rot. decis. 486, n. 12,  
part. 1, & dec. 83, apud Merlin. in Romana fideicom.  
de Mutis 15 Januarii 1648, in fin. princ. coram R. P.  
D. meo Melio, & semper urget quod pariformiter  
privati, ac ad portiones delinquentium vocati fue-  
runt filii testatoris, & eorum filii, quodque cum  
positi in conditione nisi nusquam antea essent ali-  
teri vocati, & sic nullum \* eis existentibus adit fidei-  
commissum impossibile est dicere quod eorum  
subsequens privatio, sive delinquentibus substitutio  
stet accessorie ad terminos præcedentis fidei-  
commissi. Ideoque per necesse illorum tacitam  
vocationem adstruit in casu mortis, ut per Fufar.  
conf. 114, n. 39, Decian. conf. 50, n. 22, lib. 1, Ceph. conf.  
544, n. 12, & 18, Odd. conf. 65, n. 112, vers. 5, quia  
Rot. dec. 24, n. 7, & 9, part. 4, tom. 2. rec.
- Tertia huic affinis conjectura educitur, ex quo  
in ea filii institutorum vocantur expressè ad por-  
tiones filiarum testatoris absque filiis deceden-  
tium, & quod plus est ex contextu hujus substitui-  
tionis apparet ipsas filias foeminas institutorum  
supponi vocatas \*, cum enim foeminae & masculi  
æqualiter sub eadem conditione, si sine filiis, po-  
siti fuerint, incongruum est dicere quod testator  
supposuerit esse vocatas foeminas, non autem maf-  
culos. Redenasc. conf. 9, n. 8, Peregr. conf. 54, sub  
n. 16, lib. 4, Rot. apud Pen. decis. 1297, n. 10, con-  
fert Merlin. decis. 447, n. 5, Bellon. jun. conf. 50,  
n. 30, Giovagn. conf. 79, n. 13, lib. 1, & sic vim non  
facimus in sola substitutione foeminis facta \*, à qua  
argui posse ad vocationem in portione instituto-  
rum negat, Giovagn. conf. 82, n. 178, ubi assignat  
rationem diversitatis, lib. 1, Rot. dec. 24, n. 1, & seqq.  
part. 4, tom. 2, rec. quod propterea non procedere  
quando, ut in casu nostro aliæ conjecturæ voca-  
tionis concurrunt, declarat Rot. in d. decis. 1297,  
apud Pen. n. 6, & 7, vers. in hoc casu.
- Quartò. Id ipsum suadet digressus ad plures  
gradus substitutionum conceptarum ultra casum  
obitus sine filiis, primò enim in eum casum sub-  
stituuntur reciproce instituti. 2. Si illi delinquant  
substituuntur eorum filii. 3. Si illi decedant cum  
filiabus vocantur dictæ filiae. 4. Si hæ sine filiis  
decedant substituuntur ipsis institutorum filii maf-  
culi, qui proinde cum vocati sint ad portiones pa-  
trorum \* delatas foeminis, facilius vocati censentur  
ad portionem proprii parentis, Bellon. jun.  
conf. 50, n. 31, Peregr. conf. 54, n. 15, lib. 4, Binat.  
decis. 521, n. 2, Merlin. dec. 359, n. 7, Rot. inter rec.  
dec. 133, n. 5, part. 1, sub qua includuntur omnia  
bona fideicommissi quia portiones aliorum insti-  
tutorum per prædecessum eorum vigore recipro-  
cæ substitutionis impinguerunt portionem prop-  
rii parentis \* positorum in conditione, ut aliis al-  
legatis ponderatum fuit in dec. 337, nu. 3, & seqq.  
coram sanct. me. Gregor. XV. in Urbinate. prædii  
3 Julii 1650. §. neque hic coram me, & in Viterbien.  
fideic. 2 Julii 1652, §. quo circa coram Rever. D.  
Archiepiscopo Tarraconen.
- Quinta prædictis juncta magni momenti est ip-  
sa reciproca substitutio inter filios primi gradus
- 18 \* hæres institutos, Giovagn. conf. 79, n. 8, lib. 1,  
Menoch. conf. 420, nu. 8, Fufar. de substit. qu. 437,  
n. 87, Rot. decis. 447, n. 3, apud Merlin. decis. 389,  
nu. 6, part. 4, tom. 2, decis. 355, n. 3, part. 5, rec. & in

Terracinen. fideic. 14 Decemb. 1643, §. plures, co-  
ram Emin. Cardin. Ottobono in Urbinate. prædii  
3 Junii 1650. §. secunda ex reciproca coram me.  
Nec obstat decisio in Rom. fideicom. de Carrabinis  
19 Novemb. 1646, §. similiter, coram R. P. D. Peu-  
ting. ubi Rota hanc conjecturam rejecit \*, nisi 19  
habita fuerit ratio conservandi agnationem quia  
ibid. in fin. vers. quidquid, declaratur id non pro-  
cedere si aliæ conjecturæ vocationis accedant,  
quæ similiter jungi debent, Honded. conf. 53,  
n. 53, lib. 2, Rot. decis. 356, n. 17, dec. 422, n. 20, p. 4,  
tom. 2, rec. dec. 330, n. 10, coram sanct. me. Greg. XV.  
in Mediolanen. honor. 31 Maii 1649, §. quoniam in  
fin. coram Emin. Corrado. Et majorem vim habent,  
favore descendendum testatoris. Corn. conf.  
97, in fin. lib. 1, Surd. conf. 434, n. 19, Rot. dec. 266,  
num. 6, part. 2, recent. & in dict. Urbinate. præ-  
dii §. quare, coram me.  
Et ita utraque, &c.

## DECISIO XCVI.

R. P. D. BICHIO.

Urbinate. Prædii.

Veneris 12. Junii 1654.

## SUMMARIUM.

- 1 Apostilla reperta in Testamento scripta manu e-  
jusdem Notarii probat, etiam quod ab eodem  
non sit subscripta. Amplia ut num. 3.
- 2 Condicio, si, sine filiis subintelligitur in dispositione  
facta ab ascendente.
- 4 Testator mandans curam prædiorum agi, ut ad  
alios perveniant, fideicommissum inducit.
- 5 Onus perpetuum vocatis injunctum arguit fidei-  
commissum. Amplia ut n. 6.
- 7 Hæres appellacione venit etiam substitutus.
- 8 Consequens qui vult, dicitur velle & necessarium  
antecegens.
- 9 Prohibitio alienationis certorum bonorum, non re-  
stringit fideicommissum universale. Declara ut  
numero 10.
- 11 Voluntas testatoris qualis fuerit attenditur tem-  
pus testamenti.
- 12 Foemina venit successorum Domus appellacione.
- 13 Fideicommissum non expirat ob non existentiam  
personæ cui servitium à testatore impositum  
præstandum erat.
- 14 Hæres gravatus fideicommissum particulari non  
conficiens inventarium, tenetur de proprio.
- 15 Divisio regulariter non probat statum heredi-  
tatis.
- 16 Detractiones præsumuntur consumptæ non con-  
fecto inventario, & factis aliis alienationi-  
bus etiam contra tertium.
- 17 Stylus concernens decisoria non probatur per fi-  
des extrajudiciales.

Universale fideicommissum in testamento, &  
particulare super prædio nuncupato Foglia  
in codicillis Com. Cæsaris Odatii ad favorem  
Com. Julii Cæsaris filii Petri Antonii, alterius ex  
filiis fideicommissantis, adesse firmat decisio edi-  
ta, in hac causa, sub die Junii 1650. coram me;  
adversus quam concessa fuit nova audientia, stri-  
ctè super fideicommissum particulari, nam filios  
positos in conditione testamentaria esse vocatos  
ad

ad universale convincunt urgentissimæ conjec-  
turæ, nihilque urget, quod eadem conditio lega-  
tur adjecta in margine testamenti \* quia satis est  
scriptam fuisse manu Notarii de testamento ro-  
gati, & ab eo approbatam, ut de ordine Testato-  
ris censetur adjecta, Boer. conf. 91, nu. 12, lib. 3,  
Alex. conf. 104, n. 9, lib. 7, Paris. conf. 28, n. 35, lib. 2,  
Menoch. de adipis. remed. 4, n. 724, Rota dec. 276,  
n. 3, part. 2, & dec. 413, n. 6, part. 4, recent. & in Bo-  
nonien. fideicommissi de Amorinis 10 Maii 1648, co-  
ram R. P. D. meo Melio in Romana fideicommissi  
de Victorius 20 Martii 1651, §. minus dici potest,  
coram Eminentijs. Dom. Cardinali Ottobono, &  
27 Junii 1652. §. si quidem, coram R. P. D. meo  
Verospio.

Præsertim quia valde verisimilis est, & ob præ-  
sumptam voluntatem Testatoris \* etiam à jure  
intelligitur, l. cum avus, l. cum acutissimis Cod. de  
fideicom. Nec est novum quod in prima testamenti  
matrice apostillæ, & additiones marginales adji-  
ciantur, dumque Notarius rogatus, quando testa-  
mentum \* in nitidum reduxit, apostillam margi-  
nalem in corpore Instrumenti retulit, exinde  
resultat ejusdem approbatio, ac omnis cessat dif-  
ficultas, ut dicit Rota, decis. 276, nu. 3, part. 2,  
recent. decis. 541, num. 52, & 53, part. 5.

Strictè igitur ad fideicommissum particulare il-  
lud ex codicillis resultare etiam hodie DD. cen-  
suerunt attentis verbis, ibi: *Commanda che sem-  
pre, & in perpetuo detti suoi heredi nominati in det-  
to testamento siano obligati à tenere il podere della  
foglia al servizio di S. A. Serenissima di Urbino, e  
delli suoi successori della Rovere, & in somma vole-  
che detto podere stia sempre in servizio di sua Al-  
tezza Serenissima.* Præ se ferentibus claram vo-  
luntatem fideicommissantis permanentis hujus  
prædii in descendencia sua, quia Testator man-  
dans \* curam prædiorum agi, ut ad alios perve-  
niant, fideicommissum inducere videtur, l. fidei-  
commissi. 11, §. hæc verba, ff. de legat. 3, Alciat.  
conf. 73, n. 1, lib. 9, Rimin. jun. conf. 7000, n. 15,  
Mantic. de conjeci. lib. 3, tit. 1, sub n. 12, sicut etiam  
inducitur ex onere \* perpetuo subveniendi pau-  
peribus, Anchar. conf. 27, n. 7, Socin. conf. 159,  
nu. 18, vers. confirmantur præfata lib. 3, Ruin. conf.  
159, n. 18, vers. Non obstat lib. 2, Ceph. conf. 353,  
n. 67, & seqq. Menoch. conf. 1145, n. 22, Bellon.  
jun. conf. 11, nu. 13, Peregrin. de fideicom. art. 13,  
n. 86, Rota in Tiburtina fideicom. 25 Maii 1648,  
& 24 Januarii 1642, coram bon. mem. Arguelles in  
Bononien. fideicom. de Guidonis 24 Januarii 1648,  
§. non adducitur, coram eodem.

Nec obstat quod propter illa verba, *detti he-  
redi*, dispositio restricta censetur ad hæreses no-  
minatos in testamento, non autem ad descenden-  
tes ex illis, quamvis onus sit appositum in per-  
petuum, Surd. conf. 123, n. 17, nam præter quod  
contrarium sensit Corn. conf. 69, per tot. lib. 4,  
Fufar. conf. 24, sub n. 70, vers. ego pariter, Peregr.  
de fideicom. art. 32, num. 70, in fin. Gratian. dis-  
cept. 612, num. 17, versamur in casu nostro extra  
omnem difficultatem; tum quia Comes Julius  
Cæsar actor tanquam sub conditione sine filiis ad  
universam hæreditatem in testamento vocatus est  
hæres substitutus, \* & sic in illis verbis, *detti  
heredi*, comprehenditur, Ceph. conf. 499, n. 13,  
Fufar. conf. 12, num. 9, Peregrin. de fideicommissi.  
art. 31, num. 81, Surd. decis. 338, num. 1, Joseph.  
Ludovic. decis. Lucen. 4, num. 6, tum etiam quia  
testator non semel, sed pluries usus fuit verbis  
perpetuativis, ibi, *semper, & in perpetuo, & in-  
frà, ibi, stia sempre al servizio*; & cum enixè vo-

luerit nedum perpetuam permanentiam prædii  
apud hæreses, sed æquè principaliter quod il-  
lud perpetuo inserviret commodati Ducum Ur-  
bini, id, quod non sequeretur, nisi omnes des-  
cendentes essent particulari fideicommissio ob-  
stricti; nam alias evenire posset, quod ob detra-  
ctionem legitimæ, & Trebellianicæ, vel alterius  
generis ex fideicommissis universalibus, fieri so-  
litam, prædium liberum, & ab omni onere im-  
mune devolveretur ad alios, ut, inquam, effec-  
tus hujusmodi perpetui servitii à Testatore con-  
templatus adimpleatur, fateri necesse \* est, ut  
videamus omnes descendentes fuisse gravatos, ad  
text. in l. illud, ff. de acquir. hæred. Ruin. conf.  
119, n. 14, lib. 2, Dec. conf. 23, n. 2, Menoch. præ-  
sumpt. 68, n. 6, lib. 4, Fufar. de substit. quæst. 241,  
num. 67, & quæst. 480, num. 21.

Non obstat quod particularis dispositio facta  
super aliqua re ad favorem vocatorum in præ-  
cedenti fideicommissio universalis non inducat fi-  
deicommissum particulare ab universali distinc-  
tum; quia hoc procedit quando fideicommissum  
particulare desumitur, ex quo in eodem testa-  
mento prohibita sit alienari \* res aliqua parti-  
cularis in quibus terminis loquitur decis. 210,  
num. 10, & sequentibus, part. 6, recent. & quot-  
quot ex adverso allegantur; secus autem quan-  
do per dispositionem prorsus separatam testator  
injuxit perpetuam conservationem alicujus cor-  
poris \* in sua descendencia, & quod plus est gra-  
tificari voluit etiam personis non vocatis ad fi-  
deicommissum universale, ut bene declaravit Ro-  
ta decis. 418, sub num. 5, & sequentibus, decis. 421,  
num. 25, & 26, part. 5, recent. & in Romana reten-  
tionis domorum 2, Martii 1647, coram Reverendis-  
simo Episcopo Terracinen. in Bononien. fideicommissi.  
seu Domus 30, Aprilis 1646, §. & quidem, & 10,  
Decembris ejusdem anni §. quo vero coram me, qui  
est casus noster, nam fideicommissum universale  
relictum fuit in Testamento, quod verò hæreses  
retinere perpetuo debeant prædium mandat tes-  
tator in Codicillis, & ulterius favere voluit  
Ducibus Urbini in fideicommissio universalis non  
nominatis.

Gratis autem dicitur, quod Testator intellexit  
solum de servitio præstando Dom. Fran-  
cisco Mariæ tunc viventi, quia nominatim lo-  
cutus fuit etiam de successoribus Domus de Rue-  
re, ibi, *e delli suoi successori della Casa della Rovere*,  
ex quibus superveniebat Dux Federicus filius de  
tempore testamenti; \* quod ad interpretandam  
mentem Testatoris debet attendi, lib. 2, ff. de te-  
stament. Menoch. conf. 97, num. 149, conf. 106,  
num. 330, Peregrin. conf. 42, nu. 7, lib. 1, Fufar.  
de substituit. qu. 257, num. 47, Rota in Avenionen.  
legitimæ 27 Aprilis proximitati coram Rev. P. D.  
meo Peutingio, & adhuc supervivit Sereniff. Ma-  
gna Ducissa Etruriæ \*, quæ etsi recepta in alie-  
na familia venit appellacione successorum Do-  
mus de Ruere, Socin. conf. 227, n. 5, in fine, ver-  
sic. sed multipliciter lib. 2, Gabriel. conf. 97, n. 19,  
lib. 1, Rota coram sanct. me. Gregor. XV. dec. 464,  
nu. 2, & in recent. decis. 151, n. 3, part. 5, ubi alle-  
gantur concordantes.

Unde nec dici potest quod fideicommissum ex-  
piraverit ob lineam extinctam Domus de Rue-  
re, & successoris Ducis Urbini, & minus stan-  
te, ut dicebam, cœquali contemplatione con-  
servationis prædii in hæredibus institutis, &  
substitutis efficiente ne fideicommissum ob non  
existentiam \* personæ cui servitium à Testatore  
impositum præstandum erat expiret leg. 1, Cod.  
legat.